



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Caput V. An & quando à cogitationibus malis censeatur separari malitia, ut earumque delectatio licitè admitti possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

parum esse probabile? Certe scimus omnes, non esse probabile id, cuius contrarium est evidens. Quoad *Viduos*, Dico, hos posse pari modo gaudere de copula habita, & desiderare futuram pro tempore, quod forte transibunt ad secundas nuptias: sed nullo modo, in presenti delectari. Ita Sanchez *ibid.* n. 7. Valsq. *tr. tract. 1. disp. 11. a. num. 3. Castro Palom. 1. tr. 2. p. 10. §. 2. n. 7. Bonac. de matrim. q. 4. p. 14. §. 8. num. 14.* Patet id ex modo dictis. Gaudere enim est, copulam præteritam licitam delectari approbare, & desiderare, est futuram eandem licitam velle, quæ non sunt prohibita. At delectari extra licitam actualem Matrimonij de illa, sive ut præsentem, sive ut præteritam, illicitum est, ut modò diximus de omni soluto. Quia ratione in prædictis gaudiis, & desiderio possit subrepre mortalitatis culpa, dicam *mox cap. se. quartum, §. 3. nam. ultimo.*

CAP. V. T. V.

An, & quando à cogitationibus malis censeatur separari malitia, ut ille, earumque delectatio, licite admitti possint.

In duobus modis usu venire potest: Primò, per præcisionem, ut si quis cum delectatione cogitationem de usu carnis, imò, & eas desideraret; præscindendo, an sit prohibitus, necne, an verbi gratia fiat die veteris Veneris, an die Dominico. Secundò, per oppositam conditionem, ut si quis delectaretur de aliquo malo obiecto sub conditione, si malum non esset: verbi gratia, si: *Delector, imò & cuperem hodie comedere carnes, si dies veteris non esset.* Verique modus suas proprias difficultates habet in materia luxuriæ, quas non habet in ceteris materiis, nam propterea separatim de singulis erit disputandum.

§. I. Per præcisionem in aliis materiis à luxuria.

Regula universalis hæc est, ex Lessio *lib. 4. cap. 1. sub. 15.* Valsquez *2. 2. disput. 190. cap. 2.* Sanchez, Castro Palao *mox citandis.* Quoties ab obiecto graviter illicito potest separari malitia, per præcisionem intellectus totius, non erit mortale de illo delectari. Verbi gratia, quia à comestione carnis illicita die Sabbati, potest intellectus separari, seu præscindere comestionem carnis à circumstantia Sabbati, tunc tunc comestio remanet non mala cum tota eius malitia ex sola prohibitione pro die Sabbati dependente. Ita tunc cuiuslibet fidei licebit de illa comestione mentem, & cogitationem delectari, imò & eadem delectare. Ratio est manifesta, quia obiectum sic manet repræsentatum nullam involvit malitiam, ergo non est, unde in illo inamorati sit illi iurum. Contra vero, quoties separari eo modo non potest, delectari de eo, vel illud velle nequaquam licebit, verbi gratia, quia ad actu odij Dei non est separabilis, ne ab intellectu quidem, malitia, ideo nec de eo delectari, nec illum cupere licet.

Hinc subdenda est alia, secunda Regula ex iisdem: Quandoquidem in omnibus obiectis solum illicitis ex præcepto quocunque positivo, semper est separabilis per intellectum malitia, ideo eà, malitia per intellectum præcisà, seu non intellectà, poterit fidei in iisdem delectari, eademque desiderare. Atque ex hac regula fit, ut possim oblectari de negligentia audientis Missæ Dominicæ, de usu prædicto carnis de Quadragesimæ, de ingressu prohibito in Monasterium Monialium, dommodo ab his abstineam per intellectum, seu non intelligam circumstantiam diei Dominicæ, Quadragesimæ prohibitionis. Nam si de-

Par. I.

lectaret de iisdem, ut prohibitis, seu ut illis circumstantiis subiacerent, illicitè me delectandum, nimis est exploratum. Gaudebat quidam Sacerdos, se per inculpabilem oblivionem Matutinum dici hesterni non recitasse; & reprehendebatur ab alio nimis religioso Sacerdote. Hic dixi, potuisse illum gaudere de carentia illa laboris, quæ nunc nullo modo peccaminosa fuit, atque adeò tale gaudij obiectum erat ab omni malitia separatim, per medium separabile. Delectabatur alius se occidisse inimicum, & quia id fuit in Ecclesia, dubitabit, an committeret mentale sacrilegium, sic se delectando; Respondi, licet commiserit sacrilegium, quando occidit, quia opus externum homicidij non fuit separatim ab Ecclesia; tamen si ipse nunc non delectetur, nisi de occasione, abstrahendo à loco, sacrilegium non committit, quia nunc eiusmodi delectatio peccaminosa, quæ solum est interior, cadit in solam occasionem, & non in locum sacrum.

3. Subdo, & ego, & Castro Palao *tom. 1. tractatum 2. disputatione 2. parte 10. §. 1. numero 12. vers. dico quarto* (non tamen Thomas Sanchez, loco *mox citando*) aliam tertiam Regulam: In aliquibus obiectis iure naturæ illicitis potest ab intellectu separari malitia: in aliquibus non potest: licet igitur in illis delectatur, illicitè delectabitur in his. Ratio est eadem iam dicta. Dico, *delectabitur*, non verò hic addo *desiderabit*: id quod *mox numero quarto*, facillè intelliges. Quoniam ergo ab odio Dei, ab idololatria, à mendacio, ab infidelitate, à desperatione, iuramento falso, ea præcisio fieri ab intellectu non potest, quacunque enim facta abstractione semper remanent mala; ideo nec licebit de illis unquam oblectari. At quia eiusmodi separatio fieri potest in homicidio, duello, furto, detractione de vero crimine, & similibus, ideo licebit ex iis sic abstractis delectationem cogitando capessere, quod autem fieri separatio possit, id, quod negat Sanchez, *lib. 1. in Decal. cap. 2. numero 10.* nam propterea tertiam hanc regulam minus approbat inde probatur, quia homicidium auctoritate publica, & in bello iusto commissum, furtum urgente necessitate, detractione de vero crimine in defensionem iustam facta, mala non sunt; ergo separari ab illis malitia potest, ergo iuxta primam regulam delectari de illis sic à malitia purgatis homo licet valeat. Confirmatur: nam non ob aliam rationem potuit Azor. *parte prima, libro quarto, capite sexto, questione prima, sine culpa* nequaquam damnare Militem, si is fingens se decem in bello iniusto, solum delectaretur, quod fortiter, ac strenuè pugnaverit, quod se defenderit, quod similia fecerit. Nec ob aliam ipse idem Sanchez, *lib. 1. in Decalog. cap. 2. numero trigesimo quinto*, vide etiam *num. 16.* peccati non damnat laicum, qui delectaretur cogitare se audire Confessiones, abstrahendo, an habeat iurisdictionem, Sacerdotiumque, necne: & tamen est iure naturæ prohibitum pugnare in bello iniusto, & audire Confessiones sine iurisdictione, &c.

4. Obiectis primò: prædicta omnia ex natura sua illicita non potest licite voluntas velle, seu desiderare, nec in iis absolute delectari. Ita *sup. libro quinto, §. 3.* Respondeo, negando consequentiam. Nam desiderium, & voluntas efficax, seu absoluta tendunt ad ponendum ipsum opus externum, quod semper, si est ex se illicitum, est illis circumstantiis vestitum, atque adeò semper malum; id, quod non est in mera delectatione, quæ cum sit actus inefficax, & consummatur interius, poterit sequi ab obiecto representato, ut non malo, sine ulteriore progressu ad ipsum opus externum, ut supponimus. Atque ex his vides, cur modò, *numero tertio*, dictum est (*licite quis delectabitur*, non verò *desiderabit*) quod satis sit innuisse.

5. Obiectis iterum: Imaginarium non potest imaginari hæc obiecta ex se mala; nisi ut ipsa in re sunt, at-

N n 2 que

que adeò malitiam separare non potest ab obiectis ex
se, malis, ergo pariter nec intellectus. Respondo,
quidquid sit de antecedente, quod Philosophus decern-
endum relinquo (lege Castro Palom. 1. tract. 2. diff. 2.
part. 10 §. 1. num. 5.) nego consequentiam. Nam ima-
ginativa, quæ est potentia sensitiva, esto, non appre-
hendat res, nisi perinde ac sunt externæ, & sensibiles:
At intellectus habet vim abstrahendi unam rationem,
ab aliâ, ut ex iisdem Philosophis tanquam certum meri-
to supponimus.

§. II. *Per praeisionem in materia luxuria.*

Licet in materia luxuria possit quis aliquando separare omnem malitiam ab obiecto turpi, potest enim copula fornicaria considerare ipsam copulam, prescindendo ab eo, quod sit cum non sua, ut item potest osculum apprehendere sine macula impurae libidinis, ut etiam impudicos tactus partium inhonestarum simili modo valet à turpitudine luxurie separare, sicut facit Medicus, quando eas considerat, ut illas medeatur: Tamen voluntariè, & serid sine ulla necessitate, vel saltem commoditate, in prædictis, siue in voluntate, siue in appetitu sensitivo, eadem voluntate consentientes, delectari, etiam malitiè per intellectum abstractà, esse extra Matrimonij statum mortale, indubitatum mihi est. Ita Vñquez, *part. 2. d. 109. cap. 3. tractatu 3. disp. 6. sectione 4.* Basili. *Pont. lib. 10. de matrimonio. cap. 16 §. 2. num. 8.* Ratio ducitur ex illo fundamento alias allato, quodque sæpius in hac materia esse repetendum prædixi: quia nimirum propter mirabilem sympathiarum potentierum, & actuum, voluntariè in his delectari, est (ex Castro Palom. *in tractatu 2. disp. 2. punct. 10 §. 2. num. 6.* contra Sanchez lib. 9. de matrimonio. d. 47. num. 1. & lib. 1 in *æqual. cap. 2. à num. 31.*) velle habere in se aliquid, quod notabiliter influat in pollutionem, distillationem, commotionem, quod nunquam licet influat, inquam, si non per veram causationem (volo enim abstrahere à speculativis disputationibus) certè per dictam potentierum, & actuum connexionem, ut ipsa experientia nimis clare testatur. Quæ ratio, quia non militat in materiis à luxuria diversis, idcò in illis potius voluntatis delectationem concedere, quod hinc nulla ratione possumus.

2. Hinc non licebit delectari de pollutione habita in fomnis, vel tibi soluto de copula maritali inter Coniuges habita. Ita *Sal. præt. 13. disp. 6. sct. 12. num. 219.* Bafilii Pont. *loco citato, num. 13.* Casto Pal. *loco cit. n. 10.* quia licet hæc sine peccato fiant, & à malitia fæparentur, tamen illa delectatio præfens ferò suscipiet, est ex- excitativa impuræ commotionis. Fæcor tamen posse re- gaudere de prædicta pollutione, & illam desiderare sub finem bonum de onerate nature, atque etiam gaudere, vel desiderare, ut legitimi Coniuges debitum parti red- dant. Ita idem *ibidem*, & innumeri apud Diamam. *lib. 2. præt. 5. r. 1. 87.* & apud Caramuel in *Reg. Sancti. Benedicti. num. 105.* nam illud prius non est delectatio de pollutione, sed de pollutionis effectu, qui bonus est: & hoc poste- rius non est de copula delectationem sumere, sed copu- lam legitimam approbare, quod certè nihil continet im- puritatis.

3. Vnum aduerto, si gaudium, vel desiderium sit tantum, ut degeneret in delectationem libidinosam, cum tuo consensu in illam: ne gaudium quidem, vel desiderium fore licitum, idque propter excitam impuram delectationem, modo iamiam dicto.

§. III. Per appositam conditionem, in aliis materiis
à luxuria.

1. **R**egula generalis sit huiusmodi, ex Vasque *parte secunda, disputatione 116. cap. 2.* Sayro, in *clauiliro 8. capite 7. numero 28. §. 29.* Salas, loco citato, *sectio-*

ne 37. numero 108. Sà, & Peccatum, numero secundo Bo-
cina, de matrimonio, questione 4. puncto 8. numero viginti
primo. Sive res sit primo prohibita iure politico, &
secundo, iure naturæ, à qua se separari, per ab-
stractionem intellectus, possit malitia, ut mox dictum
est; sive tertio res sit eodem iure naturæ prohibita
à qua se separari malitia non possit: nunquam est
ille illud considerare, & in eo delectari, si approp-
riatio. Exemplum primi est: *Cuperem, vel cum a-*
ppropiatione cupio hoc die Sabbati comedere carnes si
non esset, vel si concessus dies esset vel si liceret, ut
non esset peccatum: Hæc ex Caetano in summa, & Ca-
taionis peccata, & reductor quando res est prohibita
iure politico, ut si quis ita sentiat: *Si non fuissim ingre-*
ssus in religionem, non ingrederer, si non vovissim ieiunium, non i-
eiunarem. Exemplum secundi: *Cuperem, vel cupio ingredi-*
latronem si essem Iudæx; furarer, si non cupio ingredi-
infamem aliquam si infam habereim infamatum catu-
rum si liceret. Exemplum tertij: *Mendacium profer-*
idolum adorarem, odio Deum haberem, seu cupio
faceres, si non esset Dei offensâ, si liceret; &c. Ratio
num horum est, quia hæc est voluntas inefficax, quæ
nihil ponit in esse, & cum illa bene fiat effectus,
absoluta voluntas, quæ ab illa agenda nequequam
procedit. Sentus enim est: *Ego nolo efficeret, ut*
iure comedere carnes die vetito, volo manere in religio-
nem furari, nolo proferus Deum odio habere: quæ
omnia peccata non forent, hoc est, Dei, & Domini offensa,
facile mea infirma voluntas in illa propendit. Quia
hæc tertia parte regulæ, vides latius patere ad acciden-
tem peccatum, apponere conditionem, quæ latius
per intellectum abstrahere: siquidem abstrahit non
est haberi in rebus in se intrinsicè malis ut si
numero tertio vidimus; potest, ut iam dictum est, appo-
nere conditionem.

2. Adverte duo, Primò in duabus partibus hec re-
gula consentire ferè Doctores: at in parte tertia
vehementer: Nam Sanchez, alios referens
primo, in *Decal. capite secundo*, numero vigesimo.
Barbini Pontius, *lib 10 de marrimon. cap. 16. monerit*
sumo, (Equales Doctores!) contendunt esse nota-
va'quez, *part. 2. d. 116. cap. 2.* & Castro Paulus, alios
ferens, *tom. 1. tractat. 1. disposit. 2. punct. 10. §. 2. m.*
(Equalia item Doctorem lunt!) docent quod non
esse desiderare, apposita prædicta conditione, et a
in se inseparabilia lunt à malitia, quorum perfectio-
nos non sequimur, ratio est, quia argumentum
uiget in prima, & secunda parte regule, militat
tertia. *Lego* Castro Palaum, qui adversariorum ratio-
nem diluit.

§. I V. Per appositam conditionem, in materia luxu

1. **R**egula precedenti allata paragrapho, valet in hac materia. Ita Castro Pal. Quare si sic quis cuperet: Fornicaret cum illa, Dei offensa; Vxorem ducerem, nisi essem Sacerdos. Berta me coniungerem, si mea esset vxor, &c.

peccaret, quia per illam conditionem iam auctetur ab iis actionibus malitia. Quamvis enim eam conditionem nonnullam nunquam ponendam, vel etiam fac impossibile esse, ut ponatur, tamen sufficit ad vitandum peccatum illas actiones, absolute, & efficaciter nolim, ut modo sup. §. 3. de aliis materiis dictum est.

2. Duos tamen hic scopulos cave, quàm oculos, & periculosos plenos alea. Alterum, facile hos actus in peccatum procedere ab alia actuali voluntate absoluta, ut modo sup. §. 3. ea desideria esse mortalia ex hoc peccaminosa, & tunc ea desideria esse mortalia ex hoc peccaminosa, ita afficiamus, sicuti modo diximus de aliis materiis. Hac ratione peccat mortaliter adolescens, qui ex carpi amore in puellam dicat hanc velle tangere, si mea esset uxor: non enim peccat præcisè ex hoc conditionato actu, quia iam per appositam conditionem tam omni labe purgavit: sed peccat de illo actuali turpi amore, qui hunc actum imperavit, ut in simili §. præced. dictum est.

3. Alterum, non debere quempiam in his actibus, quamvis inefficacibus, longo tempore immorari, nec in illis ferè delectari; tunc enim ex illi actus influerent mortaliter in pollutionem, vel commotionem obsequiam, & de recurret doctrina toties inculcata de symphonia potentiarum, & actuum, quod scilicet impura libido voluntatis procuraretur.

§. V. Expendantur aliqua alia similes conditiones.

1. Si quis ita animo sentiat, dicatque: *Nolo peccare, quia est Infernus*, seu *ne ad Infernum condemnemur*, non peccat, imò meretur: quia tunc efficitur à se peccatum removeret, propter motum honestum: nam Deus consilio gehennam imminuit, ne scilicet homines peccent.

2. At verò si optativè sic dicat: *Si non esset Infernus, peccarem*, seu, *vellem peccare*, peccat sine controversia. Ita Bonacin. de matrimonio. questione quarta, puncto octavo, num. 29. Suarez. lib. 2. de leg. cap. 13. num. 10. quia tunc solus est, ipsum velle absolute peccare, & optare non adeo peccatum Inferni, quod clara culpa est. Dico (optativè) nam si solum enuntiativè, non peccat, sicut: *nim hic sensus: Sum ego talis imbecillitatis, ut me cogam facile peccatum, nisi me Deus compesceret timore Inferni.*

3. Ex ea distinctione resolve illud, An sit peccatum sic enunciativè: *Nisi essem Religiosus fornicarer, te occiderem, &c.* Si enim solum enuntias imbecillitatem tuam, quia, sine fratre Religiosis facile lapsus fuisses; nihil peccas. At si dicas optativè, seu etiam animo deliberando illud faciendi, si Religiosus non esses: manifestè peccas, quia sensus est, reabsolute velle peccare, idemque est, ac si diceret optativè, *vellem occidere, vellem fornicari*. Hoc tamen desiderium fornicationis sine præsentis appetitus delectatione, non esset ex Sanchez. lib. 1. in Decalog. cap. 2. num. 28. in specie Sacrilegij, quia per illam conditionem (si Religiosus non essem) tollitur Circumstantia Vocis.

4. Ex eadem distinctione, si quis ita obloquatur: *Si non haberem rationem mei status, seu nisi meum statum inspicerem, seu si essem secularis, seu si mihi foret adolescentia, fornicarer, occiderem, &c.* clare peccat, si optativè se habeat; vel determinatè ea velle: quia absolute affectum habet ab ea peccata, & solum propter conditionem sui status ab iis sese cohiberet. Sicut ergo peccaret, qui diceret: *Si nemo me nunc aspiceret, fornicarer, ita in prædictis. At si eadem enuntiativè profertur, non peccaret, quia sensus esset: Ego in infirmitate meam agnosco, enuntio me, nisi ab hoc sancto statu, repinnerem, sine dubio peccatum, sicut etiam nec peccat qui enuntiativè sic dicit: *Nisi ab alio inspicerem, peccarem*, quia tunc pati modo solum ostenditur animi propensio, non verò absoluta determinatio peccandi. Ex his collige similia.*

Par. I.

5. Illud superest dubium: An peccet, si quis ita sentiat, dicatque: *Si non esset timor Dei, nollem ieiunare, nollem abstinere à fornicatione.* Quando enim sensus est: *Ex infirmitate seu propensione mea nollem ieiunare, vellem fornicari, sed quia mihi in corde sedet timor Dei, nolo absolute.* Simile est hoc dictum illi alteri: *Nolo absolute peccare, quia est infernus*, quod non esse peccatum sic numero primo, dictum est, non ergo est peccatum sic sentire, vel dicere. Bonacin. de matrimonio. questione quarta, puncto decimo, numero trigésimo, absolute docet, esse mortale, si ille intendat velle desistere à peccato ob poenas, quas timet à Deo infligendas. Sed est distinguendum: si enim prædicta verba dicantur ex sensu, prædicto, non est Bonacinæ assentiendum; idque, tum propter dictam rationem, tum propter communem doctrinam, quæ docetur attritionem partem Sacramenti Penitentiae in hoc Dei timore fundari, ut fuit alibi: Et recte Castro Palus, loco citato §. tertio, numero quinto, sine, sic habet: *Nunquam est peccatum, velle relinquere peccatum, ob timorem inferni, vel ob amissionem honoris, ob quemcunque enim finem peccatum relinquatur, peccatum non est.* At si eadem verba dicantur in sensu, quo quis velit absolute peccare, unde & optet infernum non esse, nemo ambigit esse peccatum, ut in simili diximus num. 2.

CAPUT IV.

Qua ratione dignoscatur voluntas consensisse moraliter in peccatum, Remissivè.

1. DE hac satis lucidè dictum est libro primo de capite primo, §. tertio à numero vigesimo septimo, quod relege.

CAPUT VII.

Expenditur Deciso Caramuelis de delectatione Speculativa.

1. Caramuel, in Reg. Sancti. Benedicti. num. 1039. sic habet: *Ioannes Speculativè proponebat sibi varia obiecta, ut maiorem delectationem haberet in mollitie, quo modo peccavit? Reperio tria consideratione digna: Finem, entitatem medij, & ordinationem medij ad finem. Finis est delectabiliter pollutio: non mutat speciem maior, aut minor delectatio, & ideo non est opus in Confessione hanc circumstantiam aperire, entitas medij erat licita, quia est a. ius Speculativus, qui nullo modo interdicitur, ordinatio medij ad finem non est mala, sed malitia finis, quia sicut materia existit existens, a forma in semina probabili, ita etiam in eadem medium, si alias indifferens, insciunt non propria, sed malitia finis Ideo in Confessione dicat, committit mollitiem, & sufficit. Haecenus ille.*

2. Sed non est audiendus; debet enim is fateri, se Contemplatum esse iuvenem, vel feminam; vel bestiam; &c. Ratio est, quia relictis his tribus à Caramuele desideratis, cum ipsemet loquatur hic de actu practico, qua nimirum ratione Ioannes peccaverit, & confiteri sacramentaliter debeat, videndum est, quid fuerit in ipsa praxi. In ipsa autem praxi Ioannes peccavit peculiari illo peccato cogitato; Id, quod probatur, quia ut vidimus supra, cap. 1. num. 8. ea Speculativa contemplatio ferè & sine ullo fine, seu licita commoditate suscepta, & propter meram ipsam Speculativam delectationem assumpta, per sympathiam evocat commotiones spirituum, imò & consensum voluntatis in illud idem obiectum, quod Speculativè præterit contemplari: Si ergo Ioannes

Nn 3 consensit